



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris
Theologi Architectura Christiana**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae Agrippinae, 1653

6. Colu[m]næ Sepulcrales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

ARTICULUS VI.

COLVMNÆ SEPVL CRALES.

IN Columnis, vel sepultos aliquos, vel in iis recondi-
 tos demortuorum cineres reperio. Certè, Traianus
 detētus bello Parthico, Columnā sibi erectā non vidit.
 Nam rediens victor fluxu sanguinis extinctus Seleuciæ
 Syriæ, viuus Romam non est ingressus, sed cadavere in
 urbem delato, ossa, cineresque in pila aurea sunt recon-
 dita & in Columna collocata. Quærunt sibi multi, &
 constituunt anxie quietis post mortem locum, vivi de
 sepulchro sunt per quam solliciti, ignari, quænam sit, &
 ubi optima quiescendi regio. Ubi-nam quæris: brevissi-
 mē dicam, in Columna. Nisi quis in Columna Perseve-
 rantia exuvias deposuerit, tantundem est, sive sub fur-
 cā, sive in aureo mausolæo putrescat. Nā, ut superius est
 demonstratum: nemo ad æternam felicitatem evehitur,
 nisi qui in Columna vixerit; ita nunc addo, nemini idem
 continget, nisi in eadem spiritum reddiderit, & quic-
 quid reliquum fuerit, deposuerit. *Qui perseveraverit usque
 in finem hic saluus erit.*

APPENDIX

*Designatio variarum Columnarum ad Domum
 Sapientiæ spectantium.*

QUINQUE constituimus ordines Columnarum, sive
 Columnationes, quibus exornatur, & fulcitur Do-
 mus Sapientiæ, seu Ædificium spirituale ex Virtutibus
 com-